

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

Henricus, de Sancto Ignatio

Leodii, 1709

Caput 6. Vinum, quod est materia calicis, quâ modicâ permixtum esse
debet de necessitate præcepti Ecclesiastici, non de necessitate
Sacramenti, nec de necessitate præcepti divini.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73212)

crumentum. Quia *mustum* jam habet speciem *vi-*
m (prosequitur sanctus Doctor ibidem) nam *e-*
ius dulcedo atque *flavescens*, quia est *completio*
à *naturali calore*, ut dicitur in 4. Meteor. Et
ideo de *musto* potest confici hoc *Sacramentum*....
Prohibetur tamen, ne *mustum* *flavum* *expressum*
de *uva*, in *calice* off. *aurum*: quia hoc est indecens,
proper *imparitatem musti*. Potest tamen in *nece-*
sitate fieri. Dicitur enim à *Julio Papa*: Si *nece-*
sitate fuerit, *barus* in *calicem* *comprimatur*.

53 Id quod sanctus Doctor haud dubie intelligit de
musto expresso ex *uvis* *maturis*, vel *terre* *maturis*,
cap. cùm omne de *Consecr.* dist. 2. Quia si ex-
pressum sit ex *uvis immaturis*, *agreata* est, non
vinum. Si in *uvis*, licet *maturis*, adhuc *conten-*
tum, non *habet rationem potis*, sed cibi. *Nam*
uva non est venum, neque *potus* (inquit *Eustius* in
4. dist. 8 & 9.) *negue potabile quiddam*. Unde
non dicitur *bidi*, sed manducari.

54 Et quia liquores *maiorum granatorum*, *vel mo-*
rorum, aut *huspum*, non dicuntur *proprie-*
rum, *sed secundum similitudinem* (ait *S. Thomas*
ad 1.) id est ex illis non potest confici *Eucaristia*.

55 Nec confici potest ex *vino aquilo*, quamlibet
ex *vino* de *vite* *confecto*. Quia in aliam *substan-*
tiā *translūsse* *concentetur*, nec *cenierur amplius vi-*
num. Bonacina *dīp.* 4. q. 2. *puncto 2.* Centeo
tamen cum *Elilio* *loco citato*, *Cornejo* *nostro*,
pluribusque aliis, *Doctoribus apud Leandrum*
dīp. 7. de *Euchar.* q. 36. & *Dianam* p. 11. tr.
1. refol. 17. contra *Alanum*, *Armillam*, *Henri-*
quez, *Anglez*, *Fernandez*, *Nugnum*, *Martinum*
Ledefnam, *Leffum*, &c. confici posse ex *vino*
congelato, saitem si *recens* si *congelato*, upo-
te in *calice* paulo ante *consecrationem facta*. Ma-
net enim tunc *talva tam virtus*, quam *species vi-*
ni: cum per *congelationem* tam recentem non
corrumpatur (ut constat ex eo quod Christi fan-
guis in *calice* *confecrat* esse non *deinat*, eo ipso
qui post *consecrationem* *congelatur*) fitque per
se *potabile*, tametsi hīc & nunc non proxime.
Quod minimum requiriatur in *hoc Sacramento*, ut
pote in *ufo* non *conficitur*.

56 Quia tamen *vinum* *congelatum* est *materia* alii-
quo modo *controversia*, peccat qui in eo *confe-*
craet, glacie non *loiuia*. Solvenda proinde *glaciis* est
ante *consecrationem*, lincto utique, *vel* *panno* *caido* *calicem* *involvendo*, *vel* *calicem* (*dām* illud non *sufficeret*) *in aqua* *tervento* utique
ad *glaciis* *solutionem* *immergendo*, tam *providē-*
tamen, ut *aqua calicem* non *subirent*. Quod etiam
fieri debet, si *calix* post *consecrationem* *con-*
geletur. Sic enim rubrica *Missalis* haberit, de
defect. circa *Miss.* occur. *Si in hyeme sanguis con-*
geletur in calice, involvatur calix pannis calfa-
titis. Si id non proficeret, ponatur in ferventi aqua
(dāmmodo calicem non intret) donec liquefaciat.

C A P U T VI.

Vinum, quod est *materia calicis*, aqua modica
permixtum esse abebit de *necessitate praecepti*
Ecclesiastici, non de *necessitate Sacramenti*,
nec de *necessitate praecepti d.viii.*

57 **V**iso (ait *S. Thomas* a. 6.) quod offertur in
hoc Sacramento, debet aqua *admisceri*. Pri-
mo quidem propter *institutionem*. Probabiliter e-
nim creditur, quid *Domini* *hoc Sacramentum*
instituerat in vino aqua permixto, secundum mo-
rem illius *terrae*. Unde & *Prov.* 9. dicitur: Bi-
bie *vinum*, quod miseri vobis. Secundū, quia hoc
convenit *repräsentationi* *Dominicae Passionis*. Ua-
de dicit *Alexander Papa*: *NON DEBET IN CA-*
LICE DOMINI, AUT VINUM SOLUM, AUT AQUA
SOLUM OFFERRI, SED UTRUMQUE PERMIXTUM:

QUIA UTRUMQUE EX LATERE *EJUS IN PASSO-*
NE SUA PROFLUXISSE LEGITUR. Tertiū, quia hoc
convenit ad *significandum effectum* *hujus Sacra-*
menti, qui est *unio populi Christiani ad Christum*.
Quia, ut *Julius Papa* can. cùm omne crimen de
Consecrat. dist. 2. dicit, *calix Dominicus, iusta*
Canonica præcepta, vino & aqua permixtus of-
ferri debet, quia videmus, in aqua *populum intel-*
ligi, in *vino vero ostendit sanguinem Christi*. Ergo
cum in *calice vino aqua miscentur*, *Christo popu-*
lus adunatur. Quartū, quia hoc competit ad ulti-
mum effectum *hujus Sacramenti*, qui est introitus
ad *vitam eternam*. Unde *Ambrosius* dicit in lib.
de *Sacram.* *Redundans aqua in calicem, & salit in*
vitam eternam.

Prima ratio S. *Doctoris*: *probabiliter creditar*, 58
quid *Dominus* *hoc Sacramentum instituerat in vi-*
no aqua permixto, *recipitur* & *approbat* à *Con-*
cilio Tridentino *fess.* 22. c. 7. ubi *absolutè*, & si-
ne addito *probabiliter* ita credi pronuntiat, di-
cens, *præceptum esse ab Ecclesia Sacerdotibus*, ut
aguam vino in calice offiendo misceant; et quid
Christum Domum ista secessi credatur.

Nec tamen illico *consequitur*, id esse de ne-
cessitate *Sacramenti*, *vel præcepti divini*: quia ei-
tim *Latinis credimus*, *Christum in azymo* *consecra-*
mus. Non idem tamen creditur id esse
de *necessitate Sacramenti*, nec de *necessitate præ-*
cepti divini. Nec est in *Ecclesia Catholica* qui id
aliceret. Quodque aqua mixtio non sit de *necessitate*
Sacramenti, rubrica *Missalis* tit. de *defectu*
vini expressè declarat, & *Floracium* *infimam*,
dum *calicis materiam* designando *vinum de vite*,
non addit *aqua permixtum* (ne *crederetur* id esse
de *necessitate Sacramenti*) *sed mutata* *expres-*
sionis formulâ, addit: *enī ante consecrationem aqua*
modicissima admiseri debet, ut inde concluder-
tur *soia necessitas præcepti*.

Quod *præceptum tametsi Valentini* putet esse 60
divinum: *communior* & *vera sententia* est non
esse nisi *Ecclesiasticum*. Id enim significat *Julius*
Papa *sopra*, cum ait: *Calix Dominicus JUXTA*
CANONUM PRÆCEPTA, vino & aqua permixtus
offerri debet. Significat & *Tridentinum* *proxime*
relatum, aīcī, *præceptum esse ab ECCLESIA*
Sacerdotibus &c. Cū enim aliqui *Julius Pa-*
pa *folius canonici meminissent*, non divini? Cū
Tridentinum *folium dixisset id ab ECCLESIA* esse
præceptum: cū potius dicere debuerit *id præcep-*
tum esse a CHRISTO, si à *Christo* *præceptum* esse
centūs? Nec *Tridentinum* sic loqui solet, ubi
præceptum est *divinum*, atque à *Christo* ipso
conditum.

Accedit quid si *aqua mixtio* foret de jure di-
vino, nulli omnino *Sacerdoti* licet unquam
sive *vino* & *aqua* *consecrare*; nec *Ecclesia* posset
id *permittere*. Atqui certum est *Armenos* sine *aqua*
consecrare à *multis annis*... nec tamen eos videm-
us in *Concilio Florentino* ab *Ecclesia peccati ad-*
monitos, aut *reprehensoris*... quia mortaliiter pecca-
tūt, aut *agerant contra ius divinum*, inquit *Ga-*
machaeus hīc q. 74. a. 3.

Accedit item quid si *præceptum* *hoc* *est divi-*
nūm, via ostendit aqua mixtione non esse
de necessitate Sacramenti, aīcī *Sylvius ibidem* a. 7.

At (inquis) *Christus*, posquam *consecravit* 63
in vino & aqua, dixit: *Hoc facite in meam com-*
memorationem.

At (inquam ego) hoc etiam dixit, posquam 64
consecravit in *azymo*. Nec tamen inde conclu-
ditur *divinum præceptum* *consecrandi* in *azymo*.

Ex verbo proinde *Christi*: *Hoc facite*, &c. 10.
Iūlūm concludit *divinum præceptum* *conficiendi*
corpus & sanguinem Christi, sive illud in *sacrifi-*
cium offerendi, in *commemorationem crucis*
sacrificii crucis.

Potest tamen *Ecclesiasticum* illud *præceptum* 65

divina institutio appellari, prout à nonnullis Patribus appellatur. Tum quia præceptum illud ex speciali Duci inspiratione conditum est ab Apostolis. Quomodo jejunium quadragesimalme, Leo Papa institutionis divine salubritate provisum esse dicit. Tum quia eatenus est divina institutio, quatenus à Christo tradita, non lege, nec præcepto, sed exemplo. Quo sensu institutionem illam non nulli Patres auunt esse ordinem divinitatis traditionis.

67 Sed quid ad Cyprianum relatum cap. *in sandificando Confecr. dist. 2.* Videtur enim primâ facie aquæ mixtionem efficerre necessariam necessitate Sacramenti. Ait enim: *Sic in sanctificando calice Domini offerri aqua sola non potest*, quomodo nec vinum solum potest. Si vero calix Domini non est aqua sola, aut vinum solum, nisi utrumque simbi mixtetur. Quomodo nec corpus Domini potest esse farina sola, aut aqua sola, nisi utrumque adunatum fuerit & copulatum, & panis unus compage solidatum.

Respondet certam esse Cypriani mentem in contrarium: cùm ibidem dicat, quod si *vinum tantum quis offerat, sanguis Christi incipit esse factus Christo, id est sine representata unitate corporis Christi, quod est Ecclesia*, ut Glossa explicat ibidem.

68 Dicendum profinde cum S. Thoma in 4. dist. 11. q. 2. a. 4. ad 2. quod exponendum est verbum Cypriani, non potest, id est non debet. Quia illud possumus quod jure possumus. Et idem quantum ad id quod debet fieri, est simile ex parte corporis & sanguinis: non autem quantum ad id quod fieri potest. Quia aqua est de substantia panis; non autem de substantia vini. Vel dic in exemplis non esse querendam similitudinem omnimodam, ibique Cyprianum (disputantem contra Aquarios, in sola aqua conferentes) solum velle probare, quod aqua sola validè consecrari nequeat; sicut vinum solum licet consecrari nequit.

69 Sed quonobrem (inquis) *vino modicam aquam mixtendam esse dicimus?* Respondet quia certum est, quod aqua esse debet in minori quantitate quam vinum, cap. *pervicetus* de celebrat. Miss.

Et quia in Florentino habetur, quod *aqua modicissima admisceris debet*. Denique Ferdinandus de Castro-Palao tellatur, esse confutendum & præsum Romanæ Ecclesie, oëties vel decies plus vini apponere, quam aquæ. Tamen hic scrupulosè non sit procedendum, ne sensu deluso, nihil aqua in calice fundatur.

70 Si curiosus inquiras, quantum aqua fini scrupulo apponi queat? Cardinalis de Lugo disp. 4. n. 38. respondet non videri scrupulum habendum, si quinta vel sexta pars aquæ apponenter. Tum quia credibile non est vinum adeò esse debile, ut tam modicæ aquæ corrumptatur. Tum quia Concilium Triburicense anno 895. celebratum can. 19. permittit apponi tertiam aquæ partem. Dicit enim: *Due partes sunt vini (qua major est maiestas sanguinis Christi, quam fragilitas populi) tercias aquas, per quam intelligitur infirmitas naturæ humanae*.

71 Sed tuthis sequitur Florentinum, acens, *aqua modicissimam admiscendam, præfertim hisce in partibus, ubi nec vina adeò generosa sunt, & sapè in cava, vel in vī baptizantur, priuquam in altari ministrantur. Quo tamen haud ostentante, vinum in altari per Sacerdotem adhuc misceri debet. Tum quia aqua dolo apostola non sufficiat significationem hujus Sacramenti*, ait S. Thomas a. 8. ad 3. Tum quia mixtio præcepta est, tamquam ceremonia sacra, pertinet ad sacrificium, id eoque in altari fieri debet ab ipso sacrificante. Idque sub mortalibz, non obstante materiæ parvitate. Quia tamcti parva fit entitativè, magna est significatiæ, prout demonstrant, quatuor rationes S. Thomæ n. 5. producuntur.

Quod si Sacerdos aquæ mixtionem ante Offertorum oblitus, id ante calicis consecrationem advertat, aquam calicis ante consecrationem infundere debet, eam Deo mentaliter offerendo. Sed si adverat celebrans, post consecrationem calicis, non fuisse apposita aquam, nullo modo aponat (inquit rubrica Missalis) quia non est de necessitate Sacramenti.

CAPUT VII.

Aqua vino permixta in Christi sanguinem und cum vino immediatae conversatur.

Cura aquam adjunctionem vino, dicendum (inquit S. Thomas a. 8.) quod sicut Innocentius III. dicit in quadam Decretali cap. cùm Marthæ de celebri. Missar. triplex est opinio. Quidam enim dicunt, quod aqua, adjuncta vino, per se manet, vino converso in sanguinem. Sed hæc opinio stare non potest. Quia in Sacramento altaris, post consecrationem, nihil est nisi corpus & sanguis Christi. Sicut enim Ambrosius dicit in lib. de officiis: ante benedictionem, illa species nominatur: post benedictionem corpus significatur. Alioquin non totum adoraretur veneratione latria.

Et idem alii dixerunt, quod sicut vinum convertitur in sanguinem; ita aqua convertatur in aquam, que de latere Christi fluxit. Sed nec hoc rationabiliter dici potest. Quia secundum hoc, aqua seorsim consecratur à vino, sicut vinum à pane.

Et idem, sicut ipse (Innocentius III.) dicit: 75 *aliorum opinio probabilior est, qui dicunt aquam converti in unum, & vimum in sanguinem.*

Eliminata igitur est scholis opinione dicentium, 76 aquam vino in calice mixtam, converti in aquam que de latere Christi fluxit: et quod verba consecrationis calicis nullo modo significant istam conversionem; & in illud solum conversione fiat, quod consecrationis verba significant. Eliminata etiam opinione dicentium, aquam vino mixtam, per se post consecrationem manere (quia in Sacramento altaris Ecclesia post consecrationem, nihil agnoscit nisi corpus & sanguinem Christi, sub speciebus panis & vini) certa est sententia, quæ ponit aquam vino mixtam in Christi sanguinem per consecrationis verba converti. Sed controversia est an mediata? an immediata?

Opinio quæ ponit aquam solum mediatae converti in sanguinem, ita ut prius converti debeat in vīnum, est S. Thome, Alensis, Bonaventuræ, Scotti, Abuleris, Sylvii, ipsiusque Caecili Romani. Etiqui illa quæ Innocentius III. supra probabilitatem dicit. Sed certa non est. Contraria quippe opinio (quæ ponit aquam immediatè converti in sanguinem, tamen prius in vīnum mutata, non fuerit) graves etiam habet defensores, Cardinalem Alanum, Baronum, Tolerum, Salmeronem, Janensem, Gaudensem, Sotum, Card. de Lugo, atioque muleros; & quavis tempore Innocentii III. prior opinio ipsi visa sit probabilior, attenta autoritate Scholasticorum (quorum maior & potior pars ei patrocinabatur) attenta etiam Philosophia illius temporis. Posterior nihilominus hodie videtur potest probabilior, attenta doctrinæ SS. Patrum, Philolophiaque moderna. Cùm ex una parte, ob rationem nr. 73. ex S. Thoma allatum, certa sit communis doctrina Patrum Justini Martyris sub finem Apol. 2. Cypriani epist. 63. Ambrosii lib. 4. de Sacram. c. 4. & 5. Damasceni lib. 4. fid. orthod. c. 14. Pachafii I. de corp. & fang. Dom. c. 11. Rabani lib. codem c. 30. Algeri lib. 1. de Sacram. c. 19. dicentium aquam vino in calice mixtam, in Christi sanguinem transmutari, nihilque in calice post consecrationem esse